



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

X. de his, qui filios occiderunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

titatem Baptismatis geminantes sacerdotio destituti legitimis poenis subjiciuntur. l. i. C. ne sanct. baptism. iter.

(Daniel Venator *Analys. jur. Pontif.*)

TIT. X.

De his, qui filios occiderunt.

Superioribus Titulis vidimus de iis criminibus, quæ principaliter in Deum committuntur: consequenter videndum est de illis, quæ principaliter tendunt ad læsionem proximi, quibusque aut corpus & vita proximi læditur, aut pudicitia thorusve offenditur, aut res & bona proximi exteriora attrectantur, & violantur. Primi generis est homicidium, & inter homicidiorum genera gravissimum, quod in filios sive descendentes, & in parentes, seu ascendentes committitur, diciturque generali nominè *Parricidium*; & adeo grave est, ut Quintilianus in Declamationibus omnium scelerum maximum appellet; & Solon interrogatus, cur nullam Legem in parridas tulisset, responderit, non expectasse se, tale scelus unquam potuisse committi.

1. *Quinam parricidium committere dicuntur?*

Aa 2

Licet

Licet Parricidæ proprie vocentur
 parentum interfectores, aut qui fun-
 triæ, quæcunque parentis est loco, co-
 dium aut vim attulerint, vid. Cicero
Officior. tamen postea Lege Pompeja-
 tum fuit, ut parricidii teneantur non
 lum, qui patrem vel matrem, sed et
 qui fratrem, sororem, patrualem, ma-
 truelem, filium, filiam, & alias perso-
 nas, in l. i. D. ad L. Pomp. de parric. enu-
 meratas, occiderint.

2. *Qua est pœna parricidarum?*

Pœna parricidarum more majorum
 sive de Jure Civili fuit hæc, ut virgi
 guineis verberati, ac deinde infanti
 leo cum cane & gallo gallinaceo, rupa
 & simia, in mare vel amnem projici-
 tur, L. penult. D. d. iit. Cicero. pro M. C. C.
 Amerino. vid. Gregor. Tholosan. Syn-
 tag. Juris universi, lib. 36. cap. 24. God-
 fred. ad l. penult. Jure vero Canonico
 suadetur matri, quæ iracundiæ calore
 ducta filium occiderit, siquidem im-
 pta vel vidua sit, ut in monasterium
 grediatur, in quo reliquo vitæ cursu pec-
 catum deploret, c. i. b. t. Quod si infan-
 tulus de nocte cum patre, & matre mor-
 tuus reperitur, nec appareat, utrum

matre vel a matre oppressus sit vel suffo-
catus, extra culpam omnem non sunt pa-
rentes, indiciturque pœnitentia trium an-
norum, quorum unum peragant in pane
& aque *cap. ult. h. t.* si quidem peccasse
in eo intelliguntur, quod infantem in
communem lectum recipiendo, periculo
oppressionis vel suffocationis exposue-
rint. Qui matrem occiderit, eodem Ju-
re pœnitere debet per decem annos, juxta
formam præscriptam *In Can. Latorem*
XXXIII. q. 2. At vero, qui parentem per
furorem occiderit, impunitus manebit:
nam sufficit eum furore ipso puniri, *l. pe-*
culi. §. fin. ad L. Pompej. De parricidiis l.
14. De officio Præsidis.

TIT. XI.

De Infantibus & Languidis expo-
sitis.

Omni quoque inhumanitate & crudeli-
tate referri sunt, & tanto deteriores
homicidio, quanto calamitosioribus
id inferunt, inquit Justin. *Novel. 153.*
in fine, qui scilicet infantes ac minores
septennio exponunt, seu abjiciunt, ut
vel pereant, vel ab aliis, commiserati-
one motis, suscipiantur & alantur.

A a 3

Can.